

Notitiae Ecclesiasticae saeculi XIII.

Hil tradita Maria forore, Exactoque decennio, Balduino secundo filio Imperii successionem reliquit, qui totos trinta annos varia fortuna cum Grecis luctatus est, donec proditione Constantinopolis intercipetur, ac Francis eruptum Graecorum Imperium ad Michaelm Palaeologum delatum, Graecis iterum redderetur incerto anno, cum nonnulli rem adscribant anno 1259. alii 1260, ali 1261. Evasus autem Balduinus in Italianam concessit.

14. Innocentio IV. Pontifice in Lateran. Concilio anno 1245. sacram militiam indicenter paruit Rex Francorum sanctus Ludovicus IX. cum valida classe trajecto mari bellum Egypti Sultano intulit, primoque impetu Damietam, olim Pelusium dictam, cepit anno 1249, sed in Francorum castra palustribus sita locis morbus pestilens incessit, simulque rerum omnium penuria, cum obstrutis tum Nilo, tum hoffiis castris undequaque itineribus, nihil commeat a Damietta recipetur: post acre ac longum pro fanorum exiguitate & languentium debilitate certamen, tam Rex ipse, quam duo ejus fratres, Alfonso Pictaviensis & Carolus Andegavensis, Comites fortissime pugnantes ab hostibus capti sunt. Paucisque fuga elapsi, ceteri aut cesi, aut capti fuere. Regina Margarita, omni virtute ornatissima femina, qua Damietta degebat, audita conjugis Regis captivitate, Christianique exercitus clade, cum partui esset proxima, magno vite periculo filium enixa est, cui in Baptismo Joanni nominato cognomen *Triplandi* est inditum, ob miseras temporum & parentum calamitatem atque tristitiam. Res tandem majori quam sperabatur facilitate compissa sunt, captivorum libertas pretio comparata est. Damietta restituta, & inducitur in decennium firmatae. Ad ultimum sub istius saeculi finem Ptolemais, Tyros, & quidquid in Syria Christianae ditionis residuum erat, in Saracenum potestatem redit: ex eoque defuerunt Christianorum in Orientem excursiones. Alteram tamen sacram expeditionem Rex sanctus in Africam contra Saracenos suscepit, castrisque ad Tunetum positis, ingruente per exercitum pestilenta contactus, sanctissimum spiritum Deo reddidit anno atatis 56. Regni 44. Christi 1270. Rex iustitia tenacissimus, Christiana pietatis columnam, Ecclesie mortuorum sanctitatis propaganda studioissimus, subditorum delicum, miserabiliter personarum providus tutor, eorum, qui opprimebantur, refugium & defensio, criminum toto suo regno magnanimus avertuncator ac depulsor, moribus & vita innocentissimus: quique a puero omnes a se alegans voluptes, frequentibus jejuniis & hispido cilicio pudicum corpus macerabat: uno verbo, omnium concursu virtutum consummatifimus.

15. Redacto in ordinem Friderico secundo, diu Romanum vacavit Imperium, donec anno 1273. Electores in Rodulfum Harpurgensem Comitem convenientes, ab iustitia, religione, bellicaque fortitudine commendabilem. Hic sua contentus Germania, consilia adeundae Italia superiorum Imperatorum scopuli repudavit. Sed habuit in ipsa Germania victoriarum segetem, prius in Ottocaro Bohemia Regem rebellante, quem armis ad officium revocavit; sed reparatis viribus post veniam adhuc infolecentem acie superavit, in qua Ottocarus ipse peremptus est. Quo successu Austria, que fuerat Ottocari, Alberto Rodolfi victoris filio concessa, Austricas familias Regum feracissima in posteris nomen dedit. Pratera Helveticos & Burgundiones, jugum detrectantes, repetitis praelitis attrivit. Helvetii tamen sub eius filio ac successoribz Alberto, excuso Imperii iugo, se in libertatem afferuerunt. Familias Austricas ingentes progesus Rodulphus ex Harpurgensi Comite ad Imperium evectus auspiciatus est. Hic enim postquam Austriam rebelli Ottocaro eripuit, & in filium suum Albertum transtulit, Austriacum nomen ad posteros suos transmisit. Albertus mortuo patre successit in Imperium, quod pater jam ab anno 1273. obtinuerat. His subinde Septen-viribus comitis aliis successores datum Austricas, tum alienas familias, sed tandem redit Imperium ad Austricas Gentem, electo post Sigismundi excessum illius genero Alberto Austraci, ejus nomine Imperatore secundo. Hic fecero Sigismundo Augusto in duo ejus regna Hungaria & Bohemia successit. Alberti hujus filius, eo defuncto, salutatus est Imperator Fridericus III. eumque filius exceptit Maximilianus Augustus, cuius regnis & ditionibus acceperunt in dotem Belgicæ provincias cum Burgundia Sequanorum, jure connubii cum Maria Caroli Burgundi filia simul & herede initi. His ex nuptiis editus est unus filius Philippus, qui ejus nominis primus amplissimum Hispaniarum adeptus est regnum, ducta in conjugem Joanna Ferdinandi Regis Castellæ VI. & Isabellæ Aragonum. Regina filia & herede, quorum etiam auspiciis, amplitissima illa continens, qua America dicitur, Hispania.

niarum regnis dum acceperat. Philippo huic primo duo nati sunt liberi Carolus V. & Ferdinandus I. qui successiva quoque serie Imperium tenuere Germanorum. Sequenti anno, postquam Rodulphus Imperium iniit, Gregorius X. generali Lugduni Synodum habuit quinq. centorum Episcoporum, in quam etiam convenit Patriarche Constantinopolitanus cum diversis Orientis Episcopis. Michael autem Palaeologus per litteras & nuncios Romanam professus religionem Graecum sibi firmavit Imperium. Metuebat enim sibi subdolis & vafer Princeps a Carolo Andegavensi suo amulo, atque illud Imperium ambiente, nec non a Concilio in Gallia convocato, ne quid contra suam novam invasionem, si esset aliena religionis, decerneretur. Quia etiam de causa post direptum Concilium novam miro & arcane artificio adversus Andegavensem Carolum utriusque Sicile Regem machinatus est conjunctionem: Petrum enim Aragonum Regem incitavit ad Siciliam invadendam, quasi sibi jure uxoris debitam Constantia Manfredi Siciliae olim invaforis filia, quam sibi Arago matrimonii federe copulaverat. Interventu porro usi sunt ambo Joannis Prochty: olim Domini, qui ueste assumpta monachali ad facilius & secretius decipiendum consilia Principum ultra citroque perferebat, & occultis artibus Siculos ad rebellandum horribat. Quem ad conatum Palaeologus multam auri vim in Siciliam & ad Aragonem transmisit. Itaque his instigantibus anno 1282. Marti 30. facto ipso Domitiae Resurrectionis, Franci omnes, sub campana signum ad vespertina solemnia convocantis, per singula insulae oppida ex condito a Siculis trucidati sunt. Petro cum sua classe in anchoris rei extitum haud valde procul expectante: atque ita nefaria patrata est cædes in Christianos, quam in Mithridate adversus Romanos per Asiam dispersos inhorruit & damnavit ipsa barbaries.

16. Initia vero Francia in Apulia, Calabria & Sicilia dominationis altius hic repentina. Fridericus secundus implacabilis Romane Ecclesie hostis, a multis Pontificibus, quos dñe ac perenniter fuerat insectatus, & a multis etiam Concilis exercitatus & damnatus, atque ab ipsi Imperii proceribus & Comitiis iuste exauditoris, Regni Siculi iure exciderat, quamvis illud adhuc iniuste possideret, vita enim excisit in Apulia anno 1250. quem scribunt S. Antoninus & Flavius Blondus a Manfredo filio ex concubina suscepit, compreso in fratis ore fusse praefocatum: duos superstites reliquit filios legitimos, Henricum & Conradium; item Manfredus veneno perimit. Moriens Conradius superstitem ejusque nominis filium post se reliquit, quem Itali Conradium appellarent: hujus mortem falsa vulgavit Manfredus, qui tum in Apulia versabatur, ut sibi regni possessionem quasi proximiori consanguineo afficeret. Deinde firmata sibi possessione fixis se tutore nomine Regnum Conradi, donec anni adolescentia, administrare. At Urbanus IV. Pontifex, ne invisa & execrata proles Neapolitana Regna ulterius possideret, Carolum Andegavorum Comitem, sancti Ludovici germanum, utriusque Siciliae Regem constituit, Quod idem Ius Clemens IV. qui Urbano successit, novo decreto firmavit, cum pacto annua penitentiationis auctororum duodequadraginta millium. Carolus Manfredum sibi cum valido exercitu occurrentem anno 1266. acie visit & occidit. Idemque biennio post Conradium cum exercitu Germanico ad Fucinum lacum prælio superavit, & in potestate redactum una cum Friderico cognato Austræ Marchione, Neapoli capite mulctavit anno 1268. atque in Conradiño extincta protinus fuit Suevia. Fridericorum propago. Postquam autem quibus dixi auctoribus, Petrus Arago Siciliae Regnum invavit, Carolus Andegavus illud fructu repete re amis aggressus cladem insuper gravissimam accepit, Carolo Claudio ejus filio naval pugna superato, & Barcinonam captivo abducto. Cui tamen præter spem Constantia Regina pepercit, occasione habens necem Patriae filio Conradiño illatam ulciscendi. Petrus Aragonæ Rex filios ex testamento heredes reliquit Fridericum Aragonæ & Jacobum Siciliæ, hic vero, Constantia Matris rogatu, Carolum e carcere in libertatem dimisit, hac conditione, ut Jacopo a summo Pontifice & anathematis remissionem, & novum Regni Ius impetraret: id tamen ratum esse vetuit Nicolaus Papa IV. quare bellum inter ambos recrudecit. Inter haec Bonifacius VIII. qui S. Cælestino Papa V. se abdicanti sucescerat, pacis arbitrio ac sequenter interveniens, Jacobum jussit Sicilia secedere: at Siculi ultionem cedisse a se patrate formidantes Friderico Jacobi fratre ad Regnum evecto Pontificis decretum eluerunt. Hic idem Bonifacius sanctum Ludovicum Francia Regem sanctis adnumeravat. Sub his, Dei pacisque omnis inimicus zizaniorum fator, grande ac secundum diffidium, atque, ut ita dicam, discordie pomum inject inter Pon-

tissem & Philippum Regem, cognomine Pulchrum. Dislinebatur Rex Philippus bello gravissimo cum Flandris subditis suis, quorum rebellionem Anglorum Rex perpetuus Franci amulus & hosti studiose fovebat: dum exاردit hoc bellum, Bonifacius Philippo jubet, ut sacram adversus Saracenos militiam suscipiat, eumque detrectantem, anathemate percillit anno 1302.

17. Saeculo isto multiplices emeruerunt Religiosorum Ordines; quos inter eminent Prædicatorum auctore sancto Dominico, & Minoris institutore sancto Franciso, ab Honorio III. Pontifice approbati. Præterea Carmelitanus, qui in Syria circa montem Carmelum degebant, Albertus Patriarcha Jerosolymitanus, approbante Innocentio III. Papa, regulam conscriptis ex sancti Basilii institutis, quam postea Honorius III. Innocentio successor confirmavit. Ordo etiam Servorum Beatae Marie Virginis hoc saeculo suum habuit initium: quo enim tempore Fridericus secundus ferro & flammis vastabat Italianam, septem viti nobiles Divinis exciti monitis in monte secesserunt Florentia vicinum, ibique cellulis extricis Cenobiticam adorti sunt vitam; se totos Dei & Virginis Deipara obsequio mancipantes. Beatus porrero Philipus Benicus Florentinus, quamvis in Martyrologio Romano nescio qua inadvertentia, dicatur 23. Augusti, hujus Ordinis Institutor, fuit quidem hujus Ordinis Minister generalis, sed neque primus numero, neque institutor. Calestini pariter huius saeculo sua debent exordia, fundati a Petro Morono, cui eremiticam agenti vitam alii pio & sancto proposito se socios adjunxere. Quorum institutum Gregorius X. in Concilio Lugdoniano anno 1274. approbavit. Duos pariter Ordines ad dirimendos Christianos captivos apud Infideles Divinis revelationibus hoc saeculo institutos fuisse contum est: Primum quidem sanctissimum Trinitatis, auctoribus Joanne de Matha ex Provincia oriundo, Theologo Parisiensi, & Felice Valecio, postquam apud Ceruum frigidum (vulgo *Cerfroi*) Meldensis territorii solitariam vitam multis annis egissent: Ordinis hujus institutum approbatione Apostolica roboravit Innocentius tertius anno sui Pontificatus primo, Christi 1198. seu, ut alii afferunt, anno Pontificatus duodecimo, Christi 1209. & utique potuit distinctis constitutionibus cum privilegiis additionibus ratum habere. Alter Ordo pro redemptione captivorum, sub titulo sanctæ Mariæ de Mercede, ab Jacobo Aragonum Rege Barcinone institutus, & anno 1218. seu quod alii afferunt, anno 1223. Honorio tertio Pontifice, consiliis Raimundi Penafortii, qui tunc Regi a Confessionibus erat, & Ordinis postea Prædicatorum Magister generalis extitit. Petrus Nolafcus, nobilis Gallus, primus hujus instituti habitum candidum cum Regiis Aragonis insignibus de manu Beati Raimundi solemniter suscepit. Augustinianorum Cenobitarum Ordo isto saeculo incrementum sumpit: sed exordia longe antiquiora habet ab ipso met Augustino, ut convincitur ex sermonibus ejus de communia vita Clericorum, in quorum tertio ejus habetur regula, ex quibus etiam desumpti sunt c. non dicitis, c. nolo, c. certe, 12. qu. 1. itemque ex ejusdem epist. 39. superiore multa suppetunt ejusdem rei testimonia: S. Bernardus lib. de præcepto & dispensatione; Hugo a sancto Victore, aliquis Augustini regule meminerebant; Sanctus Norbertus, ut ejus apud Sorium vita fidem facit, dum de regula sua Præmonstratensium institutionis sollicitate cogitat, vidit sibi apparentem Divum Augustinum, & admonetem, ut suam illis regulam præscribat observandam: cui Norbertus lubentissime obtemperavit. Exstis insuper Alexandri Papa quarti constitutio edita Laterani quarto nonas Maii, anno 1256. que multas Eremitarum congregations diversis regulis, titulis & vestibus utentes, ad omnem tollandam confusionem in unam Ordinis & Regule sancti Augustini observantiam, & uniformem in spontanea paupertate & nigro amictu vivendi modum rededit; primo ei dato Priori Generali Lanfranco Septalano Mediolanensi. Post hec Ordo iste reliqui solitudinibus urbes incolere coepit, & doctrina verbo pariter a exemplo, sicut ceteri Mendicantes, salutis fructus affectavit.

18. Sancti Regis Ludovici noni temporibus Robertus Sorbonius collegium Sorbonæ circa Christi annum 1243. instituit, celebratissimi totu' Orbe Universitatem, quam Alexander Papa IV. ita commendat: *Quasi lignum vite in Paradiso Dei & quasi lucerna fulgoris in domo Domini est in sancta Ecclesia Parisiensis studii disciplina. Hec quippe velut secunda eruditioris parens, ad irrigandam serilem Orbis faciem fluvios de fontibus sapientia salutis cum impetu foras mittens, ubique terrarum DEI letificat civitatem.*

19. Vergente ad finem saeculo isto decimotertio, nova ex tenuibus initii, virtutum meritis insigniter promoventibus Austricas progenies emersit: quæ brevi tem-

Historica Synopsis.

poris tractu permultas provincias & opulentissima regna intra Germaniam, Hispaniam, Italiam novumque Orben sue dominationi alicvit. Rodulphus Princeps Habsburgi, exigu in Alsatia oppidi, satagente Gregorio Papa decimo, comitiis Imperii ann. 1273. ad Imperium evelitur, justitia, pietate, prudentia, bellicaque virtute celebratus. Hic vero rebellante Bohemia Regem Ottocarum acie vicit, & Austriam, quæ subdita erat Ottocaro, illo occiso, in filium suum Albertum transtulit, qui solum subinde Rodulpho Patre defuncto descendit Imperii. Ab isto Alberto primo ortum duxit Fridericus tertius, eique in Imperio successor fuit. Quo vita functo alii diversum stirpium Principes imperaverunt. Inter quos eminet Sigismundus: quo ex vivis eretto, Austrica proles resumpsit Imperium. Sigismundus unicam ex matrimonio reliquit superstitem filium Elisabetham, quæ Alberto Austraciaco nupsit, in eumque transtulit dotalia duo regna, quæ Sigismundus tenuerat, Hungariam & Bohemiam. Albertus iste dictus inter Imperatores secundus multa feliciter in bello gesit adversus rebellantes Moravos & Bohemos, & contra Turcas, vere hoc dignus elogio:

*Conjugii FORTUNA dedit duo splendida regna,
Romanum VIRTUS addidit Imperium.*

Albertum secundum filius exceptit Fridericus tertius, qui & ipse imperatur. Cui sufficit in Imperio filius Maximilianus Austracus. Ita suscepta in matrimonium Maria Burgundia & Belgicarum provinciarum Ducus unica & herede filia Caroli, qui ad Nanceum prelio vieti occupuerat, in socii ditiones Belgicas successit, atque in eam Burgundia partem, quæ olim Sequanorum dicitur. Reliqua vero pars, quæ Heduorum quondam nomine vocabatur, Regibus Francie sub nomine Ducatus accedit. Itis ex nuptiis ortus est Philippus Austracus, pietate, beneficentia & animi moderatione celebratus. Ita avitas dominaciones novis regnis & provinciis in profunda pace felicissime adauxit & cumulavit. Dux namque sibi conjugi Joanna unica Ferdinandi & Isabellæ prole, nova regorum Hispaniarum, Apulia, Siciliaque, atque Americae accessione locupletatus est. Cui filius suscepit Carolus in serie Imperatorum ejus nominis quinque, & natu posterior Ferdinandus, qui ambo seorsim Germanicum tenuerat Imperium. Ab his fratribus progenies Austrica in duas propagines divisa est. Caroli quinti filius Philippus secundus Hispanicas ditiones Italicasque & Belgicas cum Americanis fortius est: Ferdinandus autem posterior Hungaria, Bohemia, Austria, & alia quadam Germanica ditiones obtigerunt, valde tamen immunitate per Turcarum & rebellantium Lutheranorum invasiones. Philippus quidem secundus ad reliqua Hispanie regna Lusitanum adjunxit, mortuo in acie apud Africam Sebastiano Rege Lusitano, & post paucos annos avi illius fratri Henrico Cardinali Lusitani obiit. Sed regnum istud Hispanis ademptum alii Lusitanæ originis Principes sibi vindicarunt, eoque potiuntur, Regum Francie præsidio freti, quo tempore internecium bellum inter Francos & Hispanos gereratur. Ejusmodi est humanae rerum vicissitudo, ut nullæ unquam stabilius nive radicibus consistant: non utique cœco & insano (ut aliqui infane opinantur) voluntatis fortune regimine; sed Divino consilio, quod fieri ordinemque castrorum moderatur, atque ad positionem sibi finem inflicit, potestatem ac prosperitatem nunc indulgens, nunc adimes, quibus visum fuerit.

20. Duobus Philippi Austraci primi & Joanne libris progenies Austrica in duas disiecta est propagines. Caroli enim quinti filius Philippus secundus Hispaniarum regna Apulia, Siciliaque, ceteraque Italiae apud Insulæ & Etruscos cum Sardinia ditiones, nec non Belgicas & Americanas regiones fortius est. At posterior natu Caroli V. frater Ferdinandus, qui etiam post fratrem Imperio potitus est, intra Germaniam cum sua prole constituit, atque Hungariam, Bohemiam, Austria, cum aliis quibusdam oppidis, & arcibus sibi retinuit: quas tamen Turcs, perduelleque heretici admodum imminuerunt. Batavorum quoque invasionibus, & Francorum armis Belgice finitimaque ditiones, ipsumque Lusitania regnum, & India Orientis plaga, Hispania Regibus adempta a Principibus Lusitanæ originis, Francorum potentia freti, post internecia bella initio demum pacis fondere possidentur, & quiete reguntur.

21. Ecclesiam scriptis simili pīis & eruditis illustravit Innocentius tertius Pontifex, vir magis spiritus, nec minoris in Ecclesia gubernanda prudentia. Cujus extant multæ conciones, tractatus & Epistole. Helinandus Monachus Gallus, historiam concinnavit ab Orbe condito ad annum 1212. octo & quadraginta libris: quem preci-